

jusserit, ne per illam regrederetur viam, per quam esset ingressus. Neque enim apparet, quid hæc viarum diversarum ratio ad Jeroboami, et ad illorum qui cum eo consenserant, ignominiam faciat, aut certè ad prophetæ securum et expeditum reditum, cum ignoraret nemo per quam viam esset regressus, cum in ipsâ meridianâ luce, eo nimirum tempore, quo Jeroboamus operam suis navaret sacrificiis, non gustato pane ab urbe recesserit. Neque sanè falsi prophetæ filii viam per quam esset reversus ignorarunt, quando parentem ad reduendum illum deduxerunt. Ego primùm puto, ut voces ipsæ sonant, per aliam viam prophetam jussum esse reverti: quod et ipse primùm fideliter præstitit, qui non eadem quâ venerat viâ reditum parabat in patriam. Nihilominus ego proverbiale hic aliquid intueor: hoc enim dicendi modo significare solemus constantiam, firmumque progressum in eo, quod semel arripimus; et contra, cum aliquis inconstanter aliquid facit, et sine successu, ille retrorsum rediisse dicitur, aut per viam quâ ierat fuisse reversus. Multa nos in eam sententiam adduximus lib. 2, cap. 1, ad illud: *Sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum, et gladius Saul non est reversus inanis*. Ubi hanc sententiam multis confirmavimus exemplis, quibus adde illud Isai. cap. 37, v. 29, de Sennacherib, qui sine ullo successu vilis et pudibundus reversus est. *Reducam te in viam per quam venisti*; et statim v. 34: *In viâ quâ venit, per eam revertetur*. Juxta hæc ego putabam sic hæc dicendi formâ prophetæ à Domino commendari constantiam, ne minis terreatur, neque ullo modo à commendato sibi negotio deficiat, aut in eo peragendo languescat: sicut illi faciunt, qui aut adducti promissis aut exanimati minis retrorsus abeunt. Quod quidem propheta cum principio præstitisset egregie, ad extremum defecit: cum enim victor excessisset è Bethel,

fuisset in carcerem, debuisset potiùs mori fame, quam cibum à Bethelitis oblatum sumere. Figura hæc erat ecclesiasticæ censuræ et excommunicationis, quâ Ecclesia vetat cum excommunicatis communicare et cibum sumere, ut illi honorum consortio exclusi confundantur et respiscant. Ita S. Cyprian. epist. 75; Lucifer Calarit. lib. de non conveniendo cum hæreticis, et ex iis Rupertus lib. 5, c. 6, et Abul. hic, q. 8. Quare hoc eis maleficium non est, sed beneficium, uti fuit ipsi Jeroboam, de quo Josephus: «Rex, ait, miratus viri continentiam, eò magis de se cepit esse sollicitus, ex iis quæ viderat et audierat, parùm felicem rerum suarum exitum augurans.»

(Corn. à Lap.)

rediit tamen eodem repetitis vestigiis, et in civitate à Deo propter novam illam religionem invisâ cibum sumpsit. Propter quod, opinor, idem supplicium subiisset interfectus à ferâ, etiamsi nullum gustasset cibum, quia retrogressus eandem esset viam non obsequendo remensus, quam proximè egressus obediendo calcaverat.

VERS. 11. — PROPHETES AUTEM QUIDAM SENEX HABITABAT IN BETHEL. Hic senex, licet tunc habitaret in Bethel, erat tamen è Samariâ, unde ad vitulorum, altarisque dedicationem, quò sibi à Jeroboamo gratiam iniret, profectus est. Sanè lib. 4 Paralip. cap. 23, v. 28, venisse dicitur de Samariâ. Licet autem hic malus fuerit, fuit tamen propheta verus, per quem aliquando locutus est Deus; ita tenent, licet obscure, Lyra, Cajetanus, Abulensis q. 158. Theodoretus verum appellat prophetam, et bonum. «Cum enim, inquit, prophetam alium deduxit, ut secum comederet in Bethel, non idè fecit, ut eum deciperet, et in malum induceret; sed quia ex eo quod à filiis audierat, virum sanctum esse cognoverat, ab illo benedictionem voluit accipere.»

Ego primùm cum aliis fermè omnibus verum existimo esse prophetam, quia, ut constat infra, vers. 29, verbum propheticum accepit à Deo, quo prophetæ, qui contra Domini præceptum reversus è viâ cibum gustavit, futurum interitum esse prædixit, et v. 32, verum dixit esse futurum, quod propheta sanctus contra aram Bethel et templa à Jeroboamo constructa vaticinatus est. Existimo item cum aliis plurimis hominem esse sceleratum et callidum (neque novum est ut mali etiam homines spiritum habeant prophetiæ, ut Balaam) sceleratum quidem, quia cum sciret prophetam alium habuisse à Domino præceptum, ne quid gustaret in Bethel, repeteretque viam, quam ante decurrisset, decepit tamen hominem parùm cautum, et plus satis credulum, et primum in peccatum, deinde in corporalem mortem induxit.

Cur autem prophetam decipere voluerit, varii varia cogitant. Abulensis q. 12, opinatur malum istum prophetam voluisse nutantem jam Roboami animum in priori sententiâ confirmare: cum enim Dei minas accepisset, illasque altari subito disrupto, et cineribus ex eo defluentibus confirmatas vidisset, de mutando consilio abolendisque vitulis cogitabat, quæ res magno prophetam illum emolumento privaret. Quare voluit prophetæ, id est, divino vaticinio fidem detrahare, et dolosæ nugacita-

tis arguere, ne quid apud regem jam fluctuantem in priori sententiâ ponderis haberet. Quod tunc facile se consecuturum sperabat, si adè aliquo modo durius affectus videretur; atque idè studuit, ut præceptum à Deo impositum de non repetendâ viâ aut gustando cibo, violaret, quia id non credebatur abiturum impunè. Idem penè historia Scholastica, quæ etiam addit, egisse prophetam illum malum cum Jeroboamo, ne sibi persuaderet, quòd obriguisset manus, aut disruptum fuisset altare, et effusi cineres, accidisse divinitus: illud enim ex eo provenisse, quòd brachium lassasset sacrificando: hoc verò, quia tantum pondus altare sustinere nequirit. Glossa hæc eadem adducit, magis tamen explicata. «Iste, inquit, pseudo-propheta princeps erat sacerdotum, et valdè à rege colebatur tanquam divinus: timens autem, ne per sermonem viri Dei rex ab idolorum culturâ recederet, et se tanquam maleficum interficeret, excogitavit ut virum Dei deciperet, satis acutè agens, ut dum transgrediretur præceptum Dei, illius iram incurreret, sicut postea fecit, cum magis homini quam Deo credidit. At per hoc monstraretur esse falsa, quæ prædixit, sicque regi persuadere posset, sicut fecit.» Reliqua ad vers. 20, obscura non sunt. (1)

(1) VERS. 18. FEFELLIT EUM. Hebræus ad litteram: *Mentitus est ei*. Decepit mendacio. Dolo malo, an tantum præposterâ humanitate? Dissidium est sententiarum de dotibus impiis vel bonis hujus prophetæ. Illud constat, virum hunc nimis leviter fidem viro ignoto hæc postulanti addixisse. Æquumne erat jussionem apertam assertamque deserere, ut ignoto, incertum quod sibi oggeretur, oraculo obtemperaret? Vaticinium quodlibet, repugnans verbo et voluntati Dei, non nisi à malo principio petitur: *Licet angelus de caelo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis* (præterquam quod certum à Deo tenetis), *anathema sit*. Tunc autem, si aliàs unquam, probandi sunt spiritus. (Calmet.)

VERS. 19. — REDUXIT SECUM; COMEDIT ERGO PANEM IN DOMO EJUS. Peccavit hic propheta, quia nimis facile et temerè credidit alteri prophetæ mentienti Deum revocasse suum præceptum ei datum de non comedendo in Bethel; debuisset enim magis eum, ejusque oraculum suo contrarium examinare. Cum enim Deus ipse ipsimet clarè jussisset non comedere in Bethel, non debebat credere alteri prophetæ, dicenti Deum hoc præceptum revocasse. Poterat enim et debebat cogitare: Deus mentiri nequit; hic homo mentiri et fallere potest; cur ergo Deo meo relicto credam homini mendaci? cur pro certo incertum et dubium amplectar? Certò enim mihi constat, Deum absolutè mihi vetasse comedere in Bethel; quare hic homo dicens contrarium à Deo esse decretum, utique de fraude et de mendacio suspectus est. Nam, ut

VERS. 20. — CUMQUE SEDERENT AD MENSAM, FACTUS EST SERMO DOMINI AD PROPHETAM, QUI REDUXERAT EUM (1). Vixdum ad negatam sibi men-

notat Abul., Deus omnia quæ præceptis ejus supervenire possunt, prævidet et præcogitat. Quare in ejus præceptis non est utendum interpretatione et epikiâ; secus est in mandatis hominum, qui omnia futura prævidere nequeunt, idèque patiuntur epikiâm.

Fuit tamen hoc ejus peccatum veniale duntaxat, quia prophetam credidit esse veracem, non mendacem. Unde ob peccatum à leone quidem occisus est; sed corpus ejus quasi sancti à leone integrum intactumque servatum est. Ita S. August., mox citandus, Eucherius, Angelom., Cajet., Salianus, Serarius et alii.

(Corn. à Lap.)

(1) Textum originale ita reddunt quidam: *Fuit verbum Domini ad prophetam quem reduxerat* (quem vir de Bethel reduxerat), *et exclamavit ad virum Dei qui venerat de Juda*. Ad hunc Deus clamavit, hunc allocutus est, non alterum ariolum è Bethel. Hunc sensum exigere videtur Hebræus hic et in v. 26, nec aliter dictum accipiunt Josephus, Syriacus, Arabs, Junius, Tremellius et Castalio. Quin et ipse pariter S. Hieronymus, Septuaginta, Chaldaeus, et vulgò interpretes in hanc sententiam reddunt verba textus versiculi 22. Quæ si interpretatio admittatur, ruit statim potissimum argumentum eorum, qui viro huic è Bethel dotem asserunt genuini prophetæ, quanquam aliqui moribus facilè corruptissimi.

(Calmet.)

*Et lorsqu'ils étaient assis à table, le Seigneur fit entendre sa parole au prophète qui l'avait ramené, etc.* On ne peut manquer d'être surpris en voyant que Dieu découvre à celui-là même qui avait trompé son saint prophète, de quelle manière il le punirait à cause de sa désobéissance. Mais, comme dit saint Grégoire-le-Grand, il était dans l'ordre de sa divine justice, que son serviteur ouït prononcer l'arrêt de sa mort de la même bouche qui l'avait séduit, pour lui faire violer le précepte de vie qu'il avait reçu. *Benè ex ejus ore mortis sententiam accepit, cujus seductione à vitæ præcepto deviat.* D'ailleurs il semble que Dieu, en révélant à ce vieux prophète ce qui devait arriver, voulut lui faire connaître à lui-même, et comme lui reprocher le crime qu'il avait commis. Ou bien, sans avoir égard à sa tromperie, il se servit de l'organe de sa bouche, comme il avait fait autrefois de celui d'un animal, pour déclarer sa volonté. Et il parut effectivement alors que c'était Dieu qui parlait lui-même par la bouche de ce vieux prophète, puisqu'après que cet imposteur avait engagé son confrère dans la désobéissance, il l'en reprend avec la même autorité que s'il n'avait eu aucune part à son péché: *Parce que vous n'avez pas obéi à la parole du Seigneur, lui dit-il, et que vous êtes revenu en ce lieu pour y manger, quoique Dieu vous eût commandé de ne le pas faire, votre corps, après votre mort, ne sera point porté au sépulcre de vos pères.* C'était lui qui l'avait fait revenir. C'était lui qui par un mensonge l'avait trompé et comme forcé de manger chez lui. Et c'est lui qui s'élève maintenant avec tant de force pour lui reprocher

sam accubuerat nimum simplex propheta, cum Dominus felle oblatos illi cibos aspexit: percussit enim illum non minus acerbo vaticinio, quam quo ipse paulo antea Jeroboamum et altare concusserat. Deus enim seni licet malo, vero tamen prophetae revelavit peccasse prophetam alium, dum repetit viam, quam egressus jam fuerat emensus, et cibos capit in urbe idololatrie, quam ipse eo nomine exosam habuerat, ideoque illi durum subeundum esse supplicium, quod his verbis expressit: *Non inferetur cadaver tuum in sepulcrum patrum tuorum.* Quasi diceret, non illum perventurum in patriam ad quam tunc moliebatur reditum, sed in medio cursu moriturum. Et ita prorsus accidit: nam cum paululum a loco recessisset, ubi sumpto cibo indictum sibi mandatum violaverat, immisso inobedientiae vindice leone, interfectus est.

Hic paulisper immorari libet, quo pudore, vel animo senex ille prophetae severum illud supplicium denunciare potuit homini simplici, quem ipse fallaci blandimento, imò et fallaci vaticinio deceperat, qui nullo modo redeundum sibi esse dixerat, idque usque adeo consilio praestiterat affirmato, ut neque precibus neque muneribus ab ipso rege superari potuerit, imò neque modicè inflecti a priori constantia. Sanè mirum est potuisse in eo reprehendendo crimine, cujus auctor ipse videbatur fuisse, leviter mutire, cum non minus in sua quam in alterius viscera aculeos reprehensionis adigeret. Sed fecit Dei mandatum, ut homo ille scelestus, et, ut supra ex multorum sententiâ dicebamus, idololatra has omnes difficultates perrumperet, et in alieno scelere suum proderet scelus. Hic ego vivum quoddam simulacrum intueor eorum qui pro suggesto id in aliis carpunt, quod a suis moribus nequeunt ullo modo depellere: quod quidem insignis videtur audacia, ne dicam impudentiae argumentum. Nihilominus si Deus jubeat reprehendi scelera, quae maximè aut grassantur aut nocent in republicâ, licet ipse suo se cum aliis gladio compungat, subire debet pudorem illum, qui non potest non esse gra-

sa faute. Ne peut-on pas dire en un sens très-véritable, que Dieu nous traçait en la personne de cet imposteur une image de la conduite du démon même, qui après s'être transformé, comme celui-ci, en un ange de lumière, pour tromper les hommes, leur insulte le premier, lorsqu'il les a fait tomber, et leur représente toute la rigueur de la justice de Dieu, pour les jeter dans le désespoir (Sacy.)

vissimus, ne suo sibi muneri desit ac fidei. (1)  
VERS. 24. — QUI CUM ADIISSET, INVENIT EUM

(1) VERS. 22. — NON INFERETUR CADAVER TUUM IN SEPULCRUM PATRUM TUORUM. Ingens utique viro Hebraeo supplicium. Morieris extra domum tuam, et avito sepulcro privaberis. Offert se vetustas peculiarium sepulcrorum jure proprio possessorum, atque hereditate ad posteros transmissorum, in sepulcro Sarae, quod Abraham erogato pretio emit. Animadvertere etiam licet sollicitudinem Hebraeorum pro sepultura cum patribus suis communi obtinenda exemplo Jacobi, cujus ipsa ex Aegypto in Chanaanitidem translata sunt; et in precibus, quibus Josephus fratres suos obtestatus est, ut ex Aegypto reduces ossa sua in eandem regionem transferrent. (Calmet.)

VERS. 25. — STRAVIT ASINUM SUUM PROPHETA. Latini quidam codices ferunt: *Stravit asinum suum propheta*, propheta reductus. Sed Hebraeus, Chaldaeus, et Septuaginta notant, asinum hunc a domino non sibi, sed alteri stratum fuisse. Pedestris venisse videtur, pedestris etiam reversurus, nisi vecturam asini, senior propheta commodasset. (Calmet.)

S. Brigida lib. 5 Revel., inter 14, q. 1, quaerenti, cur subinde justi mala morte, injusti bona morte moriantur, Christus respondit: « Quandoque justis febilis exitus contingit ad majus eorum meritum, ut qui semper per vitam in virtutibus fuere solliciti, per mortem contemptibilem liberi volent ad caelum, » atque exemplum affert hujus prophetae a leone occisi.

ASINUS AUTEM STABAT JUXTA ILLUM, ET LEO STABAT JUXTA CADAVER, quasi custos cadaveris viri sancti, aequè ac asini ipsius; quare praedo factus est praedae suae custos. Hic ergo Deus prophetae sanctitatem ostendit; nam, ut ait Theodor., eum honoravit post mortem, quia occisorem (leonem) ei induxit custodem; hac quidem ratione honorans ut prophetam, illa verò puniens ut transgressorem, et eos qui nunc sunt terreni, ut ne parva quidem Dei mandata despiciant. Pergit Theodor., et post eum Procop., ex hoc loco ostendere quantam Deus corporum sanctorum habeat curam, ut etiam leones eis custodes apponat. Leo ergo, qui fuit carnifex vivi, factus est defensor mortui, ut qui pro inobedientia caesus cernebatur, pro poenitentia salvus crederetur. Ita Lyran.; poenitens enim pro culpa mortem a Deo immisam patienter excepit.

Audi S. August. lib. de cura pro mort., cap. 7: « Hactenus enim voluit Dominus servum suum plectere, qui non sua contumacia spreverat praecipitum ejus implere, sed aliena decipiente fallacia obedire se credidit, quando non obedivit. Neque enim putandum est ita fuisse interemptum morsu bestiae, ut ad supplicium tartareum ejus deinde anima raperetur, quandoquidem ipsum ejus corpus, idem leo qui acciderat custodivit, jumento etiam, quo vehebatur, illaeso, et simul eum illa immani fera intrepidè praesentia ad sui domini funus astante. Quo mirabili signo apparet, hominem Dei coercitum potius temporaliter usque ad mortem, quam punitum esse post mortem. » (Corn. à Lap.)

LEO, ET OCCIDIT (1). Hoc fuit inobedientiae supplicium, neque leviter timere debent, quibus Dei voluntas levis est. Sanè multa levia videntur homini, dum humanam adhibent trutinam, quae si ad divinam regulam expendat, aut pondere exploret sanctuarii, levia non sunt. Sanè qui Deo in omnibus placere student, nihil exiguum esse statuunt, si modò, quantumcumque modicè, a divina voluntate recesserint. Quare Deum a Deo fugiunt, dum in suis sibi studiis obsequuntur, aut tempestatem

(1) Eucher. et Angelom. addunt morale documentum, neminem se alicujus virtutis aestimare debere, licet quid fortiter gesserit; nam hic propheta permissus est labi et occidi, qui gloriabatur se regem Jeroboam contempnisse et increpasse. Simile exemplum S. Eremitae ob levem culpam a Deo lethali morbo percussus, et tamen multa miracula patrans recenset Cassianus collat. 7, c. 26. (Corn. à Lap.)

*L'homme de Dieu étant en chemin pour s'en retourner, un lion le rencontra et le tua; l'âne se tint auprès de lui, et le lion demeura aussi proche de son corps.* Les sens de l'homme sont effrayés lorsqu'ils envisagent ce prophète rencontré et tué en même temps par un lion. Mais si l'on juge de cette peine corporelle par ce que dit l'Evangile, qui nous assure qu'on n'a pas sujet de craindre beaucoup la mort du corps, on ne pourra regarder ce châtement de l'homme de Dieu comme quelque chose de fort terrible. Car il ne faut pas nous imaginer, dit saint Augustin, que son âme, après la mort de son corps, ait été condamnée par la justice de Dieu au feu de l'enfer, puisque le même lion qui le tua, le garda après sa mort, sans toucher à l'âne qui avait servi à le porter, et qui demeura sans crainte auprès de son maître avec cette bête si furieuse. Ce miracle, ajoute-t-il, fait connaître que l'homme de Dieu fut plutôt châtié temporellement par cette mort corporelle, qu'il ne fut puni après sa mort par le feu des supplices éternels. Quo mirabili signo apparet, hominem Dei coercitum potius temporaliter usque ad mortem, quam punitum esse post mortem. Saint Grégoire pape, parlant du péril qui accompagne les meilleures actions, à cause de la vanité secrète qu'elles peuvent inspirer à ceux qui ne regardent pas assez d'où leur vient toute leur force, rapporte l'exemple de ce serviteur de Dieu, qui fut trompé par l'imposture de ce vieux prophète; et il dit que ce fut peut-être quelque complaisance intérieure qu'il eut en lui-même, pour avoir généreusement préféré l'ordre du Seigneur à ce que le roi demandait de lui, qui le fit tomber ensuite dans le piège de cet imposteur, et que Dieu le permit ainsi, afin que cette surprise où il tomba, le pût convaincre qu'il n'avait point résisté à la prière de Jeroboam par sa vertu propre, mais par celle de Dieu même. Quia forsitan apud semetipsum tacitus, pro praecipitum dominicis regem se contempnisse gloriabatur, prophetae falsi verbis deceptus est, ut disceret quia nequaquam propriae fortitudinis fuerit, quod regis verbis restitisset. (Sacy.)

metuunt, qualem Jonas subiit, aut ceti stomachum, ubi triduo durum et sepulcro simile nactus est hospitium, aut certè ne in statuâ modum obrigescant, quod accidit uxori Loth. Certè Deus a seipso minatur homini rebeli, quique suo abducitur, non a divino regitur arbitratu, quod huic prophetae in ipsa viâ, per quam, Deo prohibente, redierat, accidit a leone. Sic enim ille Oseae c. 13, v. 7: *Et ego eis quasi leona, sicut pardus in viâ Assyriorum.*

Multa peccata, quae venialem gradum non excedunt, corporali morte fuisse punita non solum humanâ historiâ, sed etiam canonicâ docemur. Peccavit quidem Moyses ad Aquas contradictionis, ut est communis sanctorum opinio, venialiter: ita Abulensis in cap. 20 Numer. quaest. 14; ibidem Cornelius; et tamen ob eam culpam è conspectu terrae promissionis, ad quam multis ante annis cum incredibili labore contenderat, quam salutare potius quam adire potuit, jubente Domino, mortuus est. Venialiter quoque peccasse existimatur uxor Loth, et tamen in statuam salis conversa est. Nec ille gravius videtur peccasse qui percutere prophetam noluit infra cap. 20, v. 36, et tamen a leone occisus esse dicitur. Sic ergo hic propheta venialem videtur admisisse culpam, cum a graviore illum multa liberent; quia deceptus ab eo quem prophetam putabat, et a Deo habuisse mandatum, ut ipsum ad sumendum cibum è viâ reduceret; quia sciebat Deum aliquando mutare aut moderari quod prius praecipisset, pro rerum opportunitate, quia non spontè videtur perfectus, sed quasi vi adductus, cum prius quoad potuit, recusasset, obtendens quod aliter esset imperatum a Deo. Ita sanè putat Cajetanus, et Abulensis indicat q. 19, ubi parvum dixit existimari peccatum, et cum q. 15, ostendisset multis peccasse prophetam, qui cum oppositum haberet in mandatis a Deo, debuit diligentius examinare senis illius verba, in quibus aliquid fraudis latere poterat, et Deum ipsum orando, aut aliâ ratione consulendo sciscitari quid factum esse vellet; in q. tamen 16, culpam illius multis extenuat. Idem ex veniali culpa tenet Cornelius à Lapide in c. 19 Gen., ubi tam uxoris Loth, quam hujus prophetae venialem fuisse dicit inobedientiam. Dionysius aut lethale peccatum fuisse dicit, aut veniale crasum. Hoc certè dixit Cassianus non obscure collatione 7. Nam cum c. 25, docuisset viros sanctos corporaliter traditos esse Satanæ, et gravia passos in corpore propter peccata le-